


dienstlichen oder privaten Reise nach Germanien kam, dort in späterer Zeit diese Widmung stiftete. Angehörige des britannischen Heeres kommen bisweilen in anderen Provinzen vor, z. B. solche der „*legio XX Valeria Victrix*“ in Gallia Narbonensis und Hispania (C XII 679; II 1262; in letzterer ist ausdrücklich von der *legio XX Val. Victrix Britanniae* die Rede). Auch sonst kommt es vor, daß Angehörige einer Truppe sich in einer Provinz, in der diese vor längerer Zeit einmal gestanden hatte, inschriftlich betätigen. So in Mainz ein Soldat der *legio I Adiutrix*, die Germanien um 86 verlassen hatte, zu der Zeit, als die Grabschriften bereits mit *D(is) M(anibus)* beginnen (C XIII 6834; vgl. Körber, Mainzer Zeitschr. 11, 65)¹⁾. — Die Inschrift selbst, von der ich der freundlichen Vermittlung F. Koepps die Kenntnis einer Photographie verdanke, bietet in ihrer normalen Schrift und Stilisierung keine sicheren Anhaltspunkte für die Zeitbestimmung. Hermann Dessau erklärt in brieflicher Mitteilung, es sei wenig wahrscheinlich, daß sie der vorclaudischen oder auch der claudischen Zeit angehöre. „Die glatte Eleganz der Schrift“, schreibt er, „scheint sie mir mehr der flavischen oder auch der trajanischen Zeit zuzuweisen. Auch die Mitte des 2. Jahrhunderts n. Chr. dürfte noch nicht ganz ausgeschlossen sein.“ Auch das Zeichen C für *centurio* findet sich ebensowohl schon in der Claudierzeit (C XIII 8088) wie noch um 162 (C XIII 6728). — Es spricht also alles Allgemeine dafür und nichts Besonderes dagegen, daß wir diese Votivinschrift mit den zwei Beinamen einer späteren Zeit zuschreiben. In ihrer germanischen Zeit bis 40 aber führte die Legion ihre Beinamen noch nicht.

Frankfurt a. M.

Alexander Riese.

De signis Varianis a Roma receptis in anaglypho quodam expressis. (Mit drei Abbildungen auf einer Beilage.)



Durch unsere Bibliographie, Bericht IX S 181, 611, aufmerksam gemacht auf die den obigen Titel führende Schrift Bienkowskis ließ ich mir das betreffende Heft der Lemberger Zeitschrift „Eos“ (XX 1) aus Berlin kommen und fand es nach Kenntnis des Aufsatzes und seiner Abbildungen wünschenswert, das interessante Denkmal und die zum mindesten verlockende Deutung Bienkowskis einem weiteren Kreis zugänglich zu machen, als der ist, dem die „Eos“ zu Gesicht kommen wird. Bei dem Herrn Verfasser fand ich für meinen Wunsch das freundlichste Entgegenkommen, und er stellte mir Photographien zur Verfügung, nach denen die hier veröffentlichten Abbildungen hergestellt sind. Statt diese Bilder, wie ich hoffte, selbst mit einigen Worten zu begleiten, stellte er anheim, den erforderlichen Text seinem früheren Aufsatz zu entnehmen, und nach dem Wunsche der Schriftleitung der „Eos“ sollten die ent-

liehenen Sätze nicht nur, wie selbstverständlich ist, ihr Herkunftszeugnis mit sich führen, sondern auch ihr lateinisches Gewand behalten. Ich hoffe, daß unter unsern Lesern nicht viele sind, die sagen: *latina sunt: non leguntur*; aber auch diesen wird die Bekanntschaft mit dem merkwürdigen Denkmal erwünscht sein, und diese Bekanntschaft

¹⁾ Körber denkt, dieser Soldat sei vielleicht nach seiner Dienstzeit mit seiner Familie an den Rhein gezogen, weil es ihm da bei einer früheren Anwesenheit gefallen habe.

vermitteln unsere Abbildungen in so vollkommener Weise, daß ich der Wiederholung der Beschreibung überhoben zu sein glaube.

Das Denkmal — ein Gladiatorenhelm aus Pompeji — ist keineswegs unbekannt, vielmehr bereits im *Museo Borbonico* (X 31) veröffentlicht. Auch befindet sich ein Abguß seit langer Zeit im Römisch-Germanischen Zentralmuseum in Mainz. Daß die Darstellung dennoch in K. Schumachers „Germanen-Katalog“¹⁾ nicht aufgenommen ist, erklärt sich dadurch, daß Schumacher, wie er mir mitteilt, bezweifelt, daß es sich um Germanen handelt. Solange diesem Zweifel aber nicht die in Aussicht gestellte Begründung gegeben ist, wird man gern von Biéńkowski's Deutung Kenntnis nehmen. Auf jeden Fall ist es gut, wenn durch unsere Abbildung und die Wiederholung der Deutung an dieser zugänglichen Stelle auf das merkwürdige Denkmal nachdrücklich hingewiesen wird.

F. K.

Zwei Barbaren mit römischen Feldzeichen vor Roma kniend, hinter ihnen zwei andere gefesselte Barbaren und zwei Siegeszeichen von Victorien aufgerichtet, so faßt Biéńkowski (S. 52) nach eingehender Beschreibung der Darstellung deren Inhalt zusammen und fährt dann folgendermaßen fort:

Restat res ad definiendum difficillima, scilicet illa capitis tegumenta villosa tropaeo imposita vel ad pedes eius iacentia, quae quidem non solum in galea Neapolitana, sed etiam in anaglyphis sarcophagorum pugnas repraesentantibus apparent²⁾. Qui ei rei explicandae nuper peculiarem destinavit libellum Adolphus Reinachus³⁾, tegumenta illa vertices cum crinibus abscissos (»scalp«) esse putat, ex quibus hostibus ademptis Galli nonnunquam galeros sibi facerent, ut eo modo, vim hostis occisi in crinibus inhaerentem in semet ipsos transferrent. Sed cum mos verticum cum crinibus abscindendorum apud Gallos vigens nullo firmo argumento a Reinacho probatus sit, non video, cur ab opinione recedam olim a me prolata⁴⁾, nunc tegumento galeae Neapolitanae firmata. Quod enim ad pedes tropaei positum est tegumentum, si vertex esset cum crinibus abscissus aut galerus, nullo modo ita ut stat, stare posset aut vitta praecingi. Potius putandum est crines vel humanos vel quosdam artificiales (id enim ex anaglyphis discerni non potest) alicui testae rigidae agglutinatos esse, cuius margo inferior infra vittam accipiendus sit. In eo quidem margine frontis tegimen foraminibus oculis nasoque relictis infixus esse videtur, nec non bucculae, quarum fundamentum in nostro anaglypho adhuc conspicitur. Habemus ergo ad pedes tropaei tegumenti partem anteriorem, cum in summis tropaeis sicut in aliis monumentis pars posterior summatim effingatur. Itaque quod pro vertice villosa habebatur, galea est ora abscondens ipsis Graecis Romanisque haud ignota, cuius crines in praestantissimis exemplaribus etiam in aere lineis redduntur⁵⁾. Quae quamquam a Gallis originem duxit, tamen etiam in tropaeis Germanicis, Dacicis, immo etiam fabulosis (Amazonomachiis) haud raro invenitur⁶⁾.

Quae cum ita sint, concedendum est utrumque tropaeum in galea Neapolitana repraesentatum ex elementis Gallicis Germanicisque nec non Romanis compositum esse ita, ut non nisi barbari iuxta stantes vel genua flectentes pro Gallis

¹⁾ Kataloge des Römisch-Germanischen Zentralmuseums Nr. 1. Verzeichnis der Abgüsse und wichtigeren Photographien mit Germanendarstellungen. Dritte vermehrte Auflage. Mit 70 Abbildungen im Text. (Mainz 1912.)

²⁾ Biéńkowski, Darstellung der Gallier, Tab. IV, V, VII, a, b, IX.

³⁾ A. Reinach, *Les têtes coupées et les trophées en Gaule*, *Revue celtique*, 1913, p. 1 sqq.; Idem, *Les têtes coupées d'Alise et Hercule à Alesia*, *Bibliothèque „pro Alesia“*, fasc. 3, p. 17 sq.; *Revue Archéol.* 1912, II p. 230.

⁴⁾ Darstellung der Gallier, S. 148.

⁵⁾ Cf. O. Benndorf, *Gesichtshelme und Sepulcralmasken*, Taf. III—V, VIII—X, XV.

⁶⁾ A. Reinach: o. c. p. 58, n. 5; p. 59 n. 1.

vel Germanis habendi sint. Sed quinam potissimum Galli quive Germani appellandi sint, ut decernere possis, animum, quaeso, attendas in rem adhuc ex consilio neglectam, nimirum in tegumentum capitis illius barbari, qui a sinistro Romae latere genua flectit. Caput eius enim tegumento metae simili tegitur, quod prorsus Graeco pilo respondet. Eiusmodi tegumentum capitis rarissime apud barbaros Europae nobis occurrit. Itaque invenies illud apud aliquos barbaros in columna M. Aurelii, scilicet in imaginibus belli Germanici¹⁾. Quos barbaros Domaszewski simpliciter Buros appellat²⁾. Simili capitis tegumento captivus quidam ornatur pectore nudato bracisque insignis, qui olim in monumento quodam Neumagensi (supra Mosellam in Gallia Belgica) stetit, nunc in Museo Trevirensi asservatur (PM 761)³⁾. Ex scuto adiacente si concludere nobis licet, is captivus pro Germano habendus est. Aliae eiusdem generis imagines cum ad quaestionem nostram solvendam nihil faciant, praetereunda nobis videntur.

Iam in eo sumus, ut de Germanis loqui possimus, qui victi Romae signa reportent. Novimus-ne ex historia casum similem? Galea Neapolitana sine dubio ante a. 79 p. Chr. n. facta est. Ex ea autem aetate aliquot eiusmodi successus Romanorum nobis innotuerunt. Itaque Augustus gloriatur in Indice rerum a se gestarum (Mon. Anc. 5,40) se signa militaria complura per alios duces amissa devictis hostibus recuperavisse ex Hispania et Gallia et a Dalmatis; poetae autem Augustei exsultant propter signa a Crasso olim apud Carrhas occiso amissa a Tiberio Claudio Nerone a. 20 a. Chr. n. ex Parthis recuperata. Qui eventus in lorica statucae Augusti, in Prima Porta repertae, in Vaticano hodie asservatae⁴⁾, nec non in nummis cum inscriptione: »signis receptis« expressus est. Non contigit tamen monarchiae conditori, ut a Germanis poenas expeteret pro trium legionum (XVII, XVIII, XIX) signis a. 9 post Chr. n. in silva Hercinia cum Varo amissis. Caesar Germanicus demum Germanos inter Rhenum inferiorem et Amisiam habitantes devicit expeditionibus annis 14—16 post Chr. n. susceptis, quas ita quidem instruxit, ut milites in Rheni ostio in naves impositos usque ad Amisiam vehi iuberet, deinde lintribus usque ad Hasen et Visurgim transportaret⁵⁾. Et eis quidem expeditionibus duo signa Variana recepta sunt, unum a Stertino, alterum ab ipso Germanico. De qua re haec Tacitus tradidit (ann. I 60 et II 25): »Bructeros sua urentis expedita cum manu L. Stertinius missu Germanici fudit (scil. a. 15 post Chr. n.), interque caedem et praedam reperit undevicesimae legionis aquilam cum Varo amissam«. »Ipse (sc. Germanicus) maioribus copiis Marsos inrupit, quorum dux Mallovendus nuper in deditionem acceptus propinquo luco defossam Varianae legionis aquilam modico praesidio servari indicat. Missu extemplo manus, quae hostem a fronte eliceret, alii qui terga circumgressi recluderint humum; et utrisque adfuit fortuna«.

Eam signorum Varianorum recuperationem in galea Neapolitana expressam esse contendimus. Tacitus quidem clare aquilas legionum commemorat, cum in nostro signo sinistro manus conspiciatur; sed neque in artis opere praescriptorum

¹⁾ Nr. XXIV 2, XXV 9, 11. Petersen, Die Markussäule . . . haec adnotavit ad Tab. XXXIII: Der Kopftypus dieser Barbaren . . . mit etwas stumpfer Nase, kurzem, aber Kinn und Wange gleichmäßig bedeckendem Bart steht . . . dem germanischen Typus näher als dem sarmatischen.

²⁾ Ibid. p. 114.

³⁾ Hettner, Rh. Mus. 36 (1881), p. 457, n. 45. In alio anaglypho Neumagensi (Mus. Trev. P. M. 762 = Rh. Mus. l. c. n. 46) capitis barbari tegumentum conici abscessi formam exhibet, ut apud barbaros in Columna M. Aurelii, sc. XLIX, tab. 57 n. 15, 16, 17. Cf. Domaszewski, Ibid. p. 118, 119.

⁴⁾ v. Fr. Studniczka, Röm. Mitteil. B. XXV (1910), p. 35 sqq.

⁵⁾ Cf. O. Dahm, Feldzüge des Germanicus. Trier. 1902 (Ergänzungsheft XI zur Westdeutschen Zeitschrift für Geschichte und Kunst).

Beilage zu *Germania* II 1918, Heft 1 S. 14—17
Bieńkowski, De signis Varianis a Roma receptis in anaglypho
quodam expressis.




Abb. 1. Mittelbild des Gladiatorenhelms aus Pompeji.



Abb. 2. Rechte Seite des Helms.



Abb. 3. Linke Seite des Helms.

militarium accurata observatio quaerenda est neque manus manipuli signum erat, immo legionis, idemque eximiae fidei praemium¹⁾. Germanici autem expeditiones cum marinae potius essent quam terrestres, Romae non solum usitatum potentiae signum, scilicet parazonium attribuitur, sed etiam naviculae seu lintris pars prior. Eadem res in nummis quibusdam expressa est (tab. I a b). In parte aversa Germanicus altera manu signum tenet a Germanis receptum, alteram quasi adlocuturus milites protendit; in parte reversa Germanicus vehitur curru triumphali, in quo Victoria expressa est similis eius, quam in sinistra anaglyphi Neapolitani parte conspicimus²⁾.

Ea, quam adhuc explicare conati sumus repraesentatio, laxo quodam nodo cum ipsius galeae destinatione coniungitur. Fortasse enim gladiatores ex Germania maximam partem oriundos commonefacere debuit fortunam eorum cum Romae dominatione coniunctam esse. Aliud tamen iam primo obtutu conspicitur, nimirum id quod compositio figurarum non ad galeas decorandas inventa est, sed potius expressa ex aliquo exemplari plastico, quod rationi spatii semicirculati admodum erat. Hic cogitare possumus de curribus triumphalibus, quorum parietes figuris exsculptis ornati erant, ut currus Germanici supra laudati vel aereae quadrigae Herculanensis a Gabricio vafre restitutae³⁾. Etiam in anaglypho quodam Capitolino triumphum M. Aurelii exprimente currus figuris marmoreis insignis repraesentatus est⁴⁾. Simile anaglyphum s. III in Museo Berolinensi asservatur⁵⁾. In omnibus his repraesentationibus, quibus currus ornati sunt, figurae iuxta se paratactice positae sunt ita, ut similis compositio anaglyphi galeae Neapolitanae ad exemplar quoddam haud ita remotum ab ornamento currus Germanici referri possit. Sed ne exemplum quidem artis statuariæ plane excludendum est. Iam legimus apud Tacitum (ann. II 41) fine anni (= 16 p. Ch.) arcum propter aedem Saturni ob recepta signa cum Varo amissa ductu Germanici dicatum esse, ex quo arcu adhuc inscriptio dedicatoria servata est. Alterum Germanici arcum commemorat Tacitus (ann. II 64), constructum circum latera templi Martis Ultoris cum effigie illius Caesaris; alii eiusdem arcus additi Romae et apud ripam Rheni et in monte Syriae Amano commemorantur ab eodem scriptore (ann. II 83). Die XXVI Mai a. 17 p. Chr. Germanicus triumphum egit, in quo inter alios Thusnelda, Arminii uxor et Tumulicus filius ducti sunt. Inde facilis coniectura figuras galeae Neapolitanae ex marmore exsculptas in aliquo eorum arcuum ita dispositas esse, ut ex utraque parte tropaea, in medio Germani principes signa reddentes starent⁶⁾.

Krakau.

P. v. Bińkowski.

Zum Grabhügelfund aus dem Kleinen Asperg.

In dem Aufsatz von G. Šupka-Budapest über „Buddhistische Spuren in der Völkerwanderungskunst“ (Monatsh. f. Kunstwiss. Leipzig, X, Juni 1917, S. 217f.), erfährt (S. 230) der prächtige württembergische Vertreter unseres altkeltischen Kulturkreises der ersten Latènezeit in der Zone nordwärts der Alpen, der Fund aus dem Kleinen Asperg bei Asperg unweit Ludwigsburg, eine Deutung und Zeitbestimmung, die — wenigstens zur Aufklärung kunstgeschichtlicher Kreise — hier nicht unberichtigt bleiben darf.

¹⁾ Domaszewski, Fahnen im römischen Heere, p. 53.

²⁾ Sallet-Regling, Ant. Münzen, p. 92 = Cohen I, p. 225.

³⁾ Cf. Bollettino d'Arte del Ministero della Pubbl. Istruzione, fasc. I. 1907.

⁴⁾ Helbig, Führer², n. 541.

⁵⁾ Antike Skulpturen in Berlin, n. 967.

⁶⁾ Cf. Baumeister, Denkmäler, p. 1873 et O. Richter, Augustusbauten auf dem Forum Romanum, Jahrbuch d. deutsch. arch. Institutes IV (1889), p. 157.